

bolcho rege. Signum Engelberti, qui hanc cartam fieri et firmari rogavit. Signum Engilberti prepositi. Signum Geme-radi pr[esbiteri]. Signum Wilgarii presbiteri. Signum Bernarii. Wilandi. Garumanni. Athalardi. Gerici. Ruotgarii. Atberti. Guntarii. Waldolf. Helmberti. Signum Waltarii. Otberti. Gerarii. Athalardi. Sigardi. Alfrici. Radolfi.

895 Juni 16. — Nach dem Register wurden auf diesem Blatte die Orte Ramerstorp, Cassele, Geistinge und Morsbach genannt.

2. Donatio Rembaldi comitis fol. 2.

Iste bene possidet facultates in seculo, qui sibi de caduca vita praeparat regna coelestia. Ideoque nos in dei nomine Gerbertus et Othilfridus donamus donatumque in perpetuum esse volumus ad ecclesiam sanctorum martirum Cassii et Florentii, quae est constructa in villa, quae dicitur Basilica^a, ubi Guntarius archiepiscopus praeesse videtur^b, atque Herigarius praepositus cum turba canonicorum deserviet, in elemonismam (!) itaque Rembaldi comitis. In pago Auelgaue in villa vel marca, quae dicitur ad Pleisam superiorem^c, id est curtem cum casa et scuria etc. — Ea vero ratione, ut illi clerici, qui ibidem serviunt deo die ac nocte, ad illorum refectorium habeant etc. Actum publice coram tumba sanctorum martyrum sub die V. Idus Novembris anno vero regnante Lũthario rege. Signum Gerberti et Othilfridi, qui hanc donationem fieri et firmari rogaverunt. Signum Guntberti. Offoni. Rifarii. Botholdi. Thiderici. Walcarii. Bernarii. Egiberti. Meinhardi.

Gunthar, Erzb. 850²⁰/₄—864³⁰/₃. Lothar II. 855²²/₉—869⁸/₈. —

Ist vero = $\hat{v}$ = quinto, so ist das Datum Nov. 9, 859, sonst Nov. 9, 855/863.

3. Donatio Henrici abbatis de Gestinge fol. 2.

Iste bene possidet res in seculo, qui sibi de caduca praeparat perpetua. Idcirco nos enim in dei nomine Albericus nec non Thretgerus atque Ruotbertus seu etiam meditamus tam de dei timoris intuitu, quam pro redemptione animarum sereni regis Lũdewici filii Lũduici atque scilicet Henrici, ut eis pius dominus aliquid de peccatis illorum relaxare dignetur, tradimus atque delegamus res proprietatis quasdam, quas domnus rex iam fatus donavit in proprium iam dicto Henrico, atque ille eos (!) in nostras legaliter coram testibus constituit manus. Ut etiam nos ex eis quartam partem traderemus ad loca sanctorum Cassii et Florentii nec non et illis ibidem servantibus fratribus et ad eorum refectorium, excepto quod iussit suo fratri Weitleico dare quicquid ex eadem tenuit alode

a) 'in villa' bis 'Basilica' am Rande wiederholt. b) Am Rande: 'Guntherus archeþs qui vixit a. 854'. c) A. R.: 'Pleisa superior'.

b) Am Rande: 'Guntherus archeþs